

Inque vicem conviva vocatus adiut
Natalis si forte fuit solemnissimus amico,
Contingitque dapes, ac festa repotia patrum.

Auson.

Unde Repotia

Allij Apud Eliam Viner. hic dicunt, Repotia vocata, quia regerebantur festa nuptiarum die septimo, quo nova nupta solebat visere parentes; & nomen novae nuptae cum illa celebritate descendeat. Per totidem enim dies in Sacris constat celebratas fuisse nuptias. Gen. 29. a 27. Iudic. 14. a 15.

Quil & qui Architrclinus

Sim officii Rupeit.

Primus amicus, seu princeps amicorum. Seuec.

Prærogati- va.

Claudian.

Ioann. 1. 29.

Reu convi- wj.

Plaut.

Horat.

Expositio 8.

Plutarch.

Alexandri Magni nup- tii & auspici- um.

Athen.

77 Iam obiectus totus nuptiarum apparatus, sub quarum metaphora Christus dicitur Sponsus, ac Præcurfor amicus & Paranympus: exponere ergo præter dicta opere erit pretium, quo merito Baptista vocamus pronubum. De Nympha (apud Hebræos Architrclinus, sive Rege convivorum, auspice nuptiarum, quippe eius curæ incumbebant cuncta parari in promptum, atque disponi in obsequium: *Erat enim auspex in nuptijs, cuius auctoritate potissimum solemnissimas nuptiarum peragebantur*, ut refert Valer. Maxim. lib. 2. cap. 1. n. 1. observatque La-Zerd. in illud Virgil. 4. *Aeneid.* ve. 25. *Dijis aspicietibus*, num. 1.) Rupertus in Ioann. 2. inquit: *Architrclinus dicitur is, qui est Sponsi amicus, qui sponso vacante & a cunctis feriatis negotijs, nuptijs præstet res necessarias providet, convivoribusque, & universa domui dixerunt: diciturque Architrclinus, id est, Princeps tricliniij; eod quod in triclino quietissimum sponso & sponse consecratus sit. Tatetis in nuptijs multi amici & sodales, paranympus præstantior, quasi primus amicorum: qua quidem phrasi utitur Scriptura. Daniel. 14. 1. *Erat autem conviva Regis, & honoratus super omnes amicos eius*. Machab. 11. 27. de Ionatha dicitur, quod Demetrius Rex Syriæ fecit eum principem amicorum: id est, primum. Apud nos instituerunt segregare turbam, & alios in secretum recipere, alios cum paribus (ait Seneca. 6. *Benef. cap. 34.*) alios cum universis. Habuerunt itaque isti amicos primos, habuerunt & secundos. Etiam huiusmodi discrimen inter Græcos. Machab. d. 10. 65. de præfato Ionatha dicitur: *Alexander Rex magnificavit eum, & scripsit eum inter primos amicos*. Patet necessitudo & auctoritas ex dictis. Medius inter sponsum & sponfam, datus dextris invocabat concordiam: num. 25. & dos sponse coram illo signabatur, num. 26. ac in pompa inter se & sponfam, sponfam locabat mediam: num. 69. Unde Claudianus apud Dempster. d. ait:*

Optatum celebrare diem, me iungeres auspex
Purpurâ, me sancto cingeret aula choro.

78 Haud aliter Ioannes Baptista in nuptijs Christi cum Ecclesia, inter amicos princeps, pronubus & symposiarcha, duplici in functione munere; quid obiter, quod de se dicat: *Amicus autem sponsi stat, & audit eum: cum alij amici in convivio sederent, ac de primo amico. Machab. 10. 62. Iudæi eum purpurâ, & collocavit eum Rex sedere secum*. Non utique oblat, maxime coram universorum Domino; ut stando promptior in officium esset, & ad vocem sponsi quamprimùm nutui obediret. Reliquis itaque familiaribus volutpati & genio unâ cum sponso indulgentibus, sodalium & amicorum principes præ cæteris diligens ac dilectus, lautitiz & obsoniorum curam sollicitè gerebat, & ad eius imperium sollicitiores servuli. Plaut. in *Casim. Act. 4. scen. 1. v. 5.*

Omnes festinant intus totis viribus.

Cuncta festinat manus: huc & illuc
Cursitant mista pueris puelle.
Age iam meorum finis amorum.

Cæteris quare in triclino recumbentibus, stabat Ioannes quidem; quoniam ut dextre sciteque fungi munere credito possit, stare decebat. De Alexandro dicit (Plutarcho teste in libell. de illius fortun. 1.) Demaratus: *Spektor sponaliorum, cum uno sub tabernaculo, auro intertexto, coegit in eosdem Penates, ad communem mensam centum sponfas Persicas, centumque sponfas Macedonas ac Græcos; atque coronatis ipse Hymenæum Princeps Orsus, quasi conviviale carmen accinen, in consortium coentibus maximis & potentissimis populis, unius ipse sponsus, omnium verò auspex, simul & pater conciliatorque fœdere nuptiali coniunxit*. De huiusmodi nuptijs & earum solemnitate, Athenæus, lib. 12. n. 15. *Alexandrum (ait) orbis domitorem, superato Davio, fuis amicorumque nuptias celebrasse nonaginta duobus Thalamis, eodem loco structis*. Non ita Baptista ut sponsum se- debat in convivio, sed stabat, ut auspex & spectator sponfalium, & sponsi amicus maxi- mus,

mus, vigilans ad ministrantium ordines, & obsequia in convivio illo sedentes. Quin- ctiam vel stans præerat & ministrantibus & occumantibus: igitur à se eius imperium, uti Regis convivi, quique assignato ab illo, loco sedebat, & ordine accipiebat esculentia & poculenta; & de quo Iust. Antiquar. lect. cap. unic. & Petr. Ciacconius de *Triclin. Rom.* Quapropter si quis auderet locum superius occupare, vel non esset in de- centi; movebat utrumque. Luc. 14. a 8. Videtis Stack, *Antiq. Convival.* lib. 2. cap. 7. & Cæsar. Bolenger. lib. 1. de *Convivo*, cap. 40. Ita igitur quomodo sese gerit Modiperator in symposio (ut placeat Maluend. hic) describit Siraçides: *Rehorum te posuerunt? noli extolli, esto in illis quasi unus ex ipsis. Curam illorum habe, & confide sic, & omni curâ tua explicitâ, recumbe; ut leteris propter illos, & ornamentum gratia accipias coronam, &c.* Patet Ioannes sicine amicus & non sponus.

79 Ita se vocat & signat tanto muneri gratus; & honori, qui à celo gratis acceptus. *Non potest homo (ait) accipere quicquam; nisi fuerit ei datum à celo*. Ioann. d. v. 27. In- terrogatus ergo à Pharisæis, quis esset; respondit aperte: *Non sum ego Christus; cap. 1. 20.* Desiderantibus scire quis esset; libenter signavit, & dotem in sponfam simul ostendit: *Ece agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi*. v. 29. Christus ut mundum vivificaret, & omnia ad se traheret; scholam instituit, qua voto portus, Discipuli venerunt ad Præcur- sorem, dixeruntque ei: *Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhi- buisti; ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum*. Respondit statim pronubus: *Non sum ego Christus; sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponfam, sponsum est; amicus autem sponsi qui stat, & audit eum, gaudium gaudet propter vocem sponsi: hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui. Qui desursum venit super omnes est. Longe à me munus sponsi. Ad me attinet, quod attinet mihi: haud spectat me, quod ad me non spectat. Amicus sum, non sponus. Qui sponus, desursum est: ego autem de terra sum. Qui quod omnes ad eum veniant? Debent venire. Illum oportet crescere, me autem minui. Venit Verbum: quorsum vox? Præibi parare vias eius. Paranympus à sponso mittitur ad virginem: tradidi, quippe non sum sponus. Tradidi, & habet. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Cæpit dum ex utero in uterum sponsum vidi; & modo cor avidum illius exaltationis gaudium implevit: plaudî & accipi ab omnibus vi- deo, quod maxi moperet opto: igitur eius adventu in bona gratiæ, per sponfalium & citò accelerat nuptia. Veni ergo haudquaquam ad dandam scientiæ salutem, peccatorum scilicet remissionem; sed tantum ratione Præcurforis, ad dandam scientiam æternæ salutis; *Ut omnes crederent per illum*: ait Evangelista. Non erat ille lux. Missus duntaxat à Deo ut testimonium perhiberet de lumine, præfate Iustitiæ Sole, cuius proprium illuminare omnè hominem venientem in hunc mundum: quapropter dixit cæcutientibus legis velamine: *Ece qui tollit peccatâ mundi*. Cum sponso sponfam signo, non habeo. Non sum: qui habet sponfam sponus est. Non aliquid, spono dici amicus & esse? Imò maximi, cum sim indignus, ut solvam eius corrigiam calcamenti. Præ cunctis amicis Sponso gratior, sed inferior. Insignis dotibus, miraculis, ostentis, qui iure prodigium factus est multo: verum in ipso nature & gratiæ portento, qui minor in regno celorum, maior est illo. *Eius esse sponfam credebant* (inquit Gregor. Magn. Homil. 20. in *Evangel.*) *Ecclesiam, qui hunc Christum esse existimabant: sed ait: Qui habet sponfam, sponus est: ac si diceret, ego Sponus non sum; sed amicus Sponsi sum*. Unde ergo sponsi signa sine sponfa? Doctus sane, qui natus ad dandam scientiam: se non sponsum cognovit, & vanitatis relegavit stultitiam. Esset ar- rogantia per rapinam sponso infensus, qui veritate cogitationis erat in munere amico. *Hostis namque Redemptoris est* (subdit idem in *Pastoral. p. 2. cap. 8.*) *qui per vestra opera, qua facit eius vice ab Ecclesia amari concupiscit: adulterina quippe cogitationis est reus; si placere puer sponse oculis appetit, per quem sponus dona transmittit*. Amicus Baptista est: & est amicus, quia noluit haberi sponus. Venant. Fortunat. de *Partu Virgin.* v. 54.*

Ita personat munere præco nocuus.

80 Clarius exponam. Gaudium Præcurforis Paranympsi ex præclaro munere. Ini- tium habuit; dum Verbum divinum in carne cognovit; ut reconciliaret omnia tam cæ- lestia, quam terrena, destinatus à sponfalibus in pronubum, ad publicam solemnitatem nuptiarum. Quid si ita dignatus, si exultavit carentia sensibus? In utero virginali spiri- tales nuptiæ celebratæ sunt (inquit Augustin. Orat. *Contr. Iudæos*, &c. cap. 10.) *Deus can- tum est carni, & caro adhaesit Deo: hinc procedens uti sponus de thalamo, ad cuius nuptias commota, universa exultare visa est creatura* (Si Ioannes mittitur Angelus ante faciem sponsi) *Angelorum sponus ex his nuptijs pacem designat hominibus bona voluntatis* *Tom. VIII. T. aut.*

liii

An hirci- ni, Regis cono o j auctoritas

Eccli. 12. a 28.

Ioann. 1. a 28.

Expositio 9.

Baptista Christi spon- si funde con- sili Paranympus

Ioann. 1. 7 Luc. 1. 77.

Greg. Mag. Quare He- bregi prodigium viderunt

Idem

Venant

August. n. Nuptiæ Sal- vatoris in utero Virgi- nis.

Exposit. 10

quia qui erat Dei filius, factus est hominis filius. Diximus n. 2. & de exultatione etiam insequibilem; ex Claudiano, num. 53. Propter prodigia, quæ in Sponsi nativitate gravata natura; gaudentes multi in nativitate Paranympsi, arbitrati sunt in illo dignitatem sponsi: quæ ille dixit: *Non sum. Qui habet sponsam sponsus est.* Non mihi tradita sponsa Ecclesia: Solus sponsus, qui illam habet sponsam. Christus sponsus, ideoque sponsus; quoniam habet sponsam; & habet sponsam, quoniam sponsus. Mundus post illum habeat. Venit querere, quod perierat. Diversum meum & illius officium. Illius Sponsi: meum munus Sponsi amici. Desponsatur Ecclesia fide, non mei, sed eius. Unde fidelium multitudinem habet sponsam tamquam sponsus. Ecclesia sponsa non mihi, sed illi, quod opto amicitie amore, quo pluris amici commoda, quam propria ruina. *Illum oportet crescere, me autem minui.* Nullius stella luminis, præsentia Solis. Intelligitur modò, quod Baptista, iudicatus sponsus, cum esset sponsi amicus; respondit: *Non sum: ipse est, qui post me venturus est; cuius ego non sum dignus, ut solvam eius corrigiam calcamenti.* Usus fuit inter Hebræos, ut siquis nolente proximior, vellet suscipere uxorem demortui, difcalcearet recusatam, & calceæ profiteretur erga se uxoris celsionem. Ioannes ergo, cum Christus iudicaretur; nec se dignum illius solutionis calcamenti testatur, ut uti Sponsus Ecclesiam sponsam duceret; quia illi non datum ius, sed illi quem ut filium Pater signavit Deus. Solvit calcamenta Moyses, dum disponitur Synagogæ lex, cuius ius cedendum gratiæ, qua Christus ducturus Ecclesiam sponsam: igitur *Lex* (quæ evacuanda) per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum-Christum facta est. Ioann. 1. 17. Mos signatur, Deuter. 25. à 5. & Ruth. 4. à 7. Ille sponsam Ecclesiam sponsus habet, ut ex sponsa Virgine filios generet; ego autem eius sponsam veneror, ut amicus sponsi, corda ex prædicatione preparans, ut sponsi filij fiant. Fiunt ergo per Sponsi adventum: impletum est meum gaudium, videns per me cognitum, quem sui duræ cervicis non receperunt. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Cur dicit *Meum*, si gaudium Prophetarum universorum? Pronubus plusquam Propheta est. Illius ergo proprium, quod nulli datum. Sponsium aforum cecinit, & adesse monstravit. Nulli concessum ab origine mundi, quòd staret & audiret vocem Sponsi.

Verf. 20. Pote Ioannes plerique prophetas

Sedul.

Ceteri tantum cecinerunt
Corde presapo iubar asstutum:
Tu quidem, mundi scelus auferentem;
Indice prodis.

Exposit. 11.

81 Aliter exponi potest periodus, regulà à nobis sæpe traditâ, qua actus secundus in Scriptura interdum accipitur pro primo. Vide hic *Tautolog.* 1. n. 20. 7. n. 3. & 8. n. 25. Unde sensus est: *Qui habet sponsam, sponsus est:* nimirum, *Qui debetur sponsa, sponsus est.* Ita Syr. Mihi non dignitas Sponsi, quippe non debetur sponsa. Qui sponsus, fortior, potentior ac mirabilior me est; cuius in convivium non sum dignus calcamenta portare. Vide dicta *Tom. 7. T. 6. à n. 19. & 22. Ego baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit, quæ vos nescitis. Ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto & igni. Matth. 3. à 11.* Per dona nuptialia delicari etiam potest *Tautologia.* Fide enim ac gratiâ Christo desponsatur Ecclesia. Ita enim sponsa, secundum donum gratiæ Dei Ephel. 3. 7. *Ascendens in altum, dedit dona hominibus.* 4. 8. Cum dote accipiant huiusmodi dignitatem, ut illa retenti, intrantes ad nuptias, nanciscantur beatitudinem, sine timore divortij, ac separatione in claritate coniugij. Potest haberi sponsa, fides & gratia; sed habens, necdum sponsus in tanta felicitate; quippe divortium possibile: quæ enim cadere à cacumine gratiæ, & unâ deleri de libro vitæ; ut diximus, *Tautolog.* 10. à n. 16. Unde cum ex perpetuitate, ut in coniugio sponsa habeatur, ac ex eius æterna possessione sponsus feliciter nominetur; habens sponsam, sponsus erit in gloria, quò inamissibilis gratia: non verò etiam habeat sponsam, in hoc sæculo sponsus debet vocari; quoniam in saeculo divortio potest sponsam amittere. Sponsus sanquam erit, si sponsam in sempiternum habuerit. Virgil. 1. *Aeneid.* v. 77. *Coniugio iungam stabili propriamque dicabo.*

Quomodo sponsa habetur, quin bene alicui poterit sponsus Virgali

Proprium pro perpetuo.

Propriam pro perpetuo. Idem lib. 6. v. 871. *Propria hæc si dona fuissent.* Horat. 2. *Satyr.* 6. v. 5. *Ut propria hæc mihi munera faxit: pro diuturna ac stabilia.* Eodem sensu Terent. in *Andr. Act.* 4. scen. 3. v. 1. ibique Donat. Aliter, qui est in coniugio, frustratur voto. Virgil. lib. 2. à v. 737.

Dum sequor, & notâ excedo regione viarum;
Hæc misero! coniux fatone crepta a Creusa,
Incertum: nec post oculis est reddita nostris.

Idem.

Idem

82 In complementum *Tautologiae* (quia hic proprie sponsalia sunt, non nuptiæ, cum futuræ gloriæ nobis pignus detur in munere gratiæ) duo occurrunt discutienda. Primum ubi, & quando Christus desponsavit Ecclesiam, ut eius diceretur Sponsus? Nihil addam: consules Paul. Sheriogum, Tom. 1. in *Gantic.* Anteloq. 3. à section. 4. subsect. 1. & 2. ubi plura & selectiora. Secundam, cur si tot filios habet Ecclesia, demaxat dicitur sponsa sponsa? Spirituales sunt nuptiæ, & in generatione filiorum adit virginitas maris sponsa. Diximus *Tom. 3. T. 1. 7. D. 1. n. 5.* Ecclesia virgo & mater, ut Maria. Sicut Christus ex semine Virginis & Spiritu Sancto natus est; ita Christianus ex aqua quasi è semine, & Spiritu Sancto nascitur. Ita oportet nos, nasci danò. Vide Augustin. *Psal.* 122. & de *Sanct. virgin.* cap. 2. Chrysol. *serm.* 96. de Maria dicit: *Sponsa quaeritur; ut iam tunc Ecclesia Christi sponsa signetur.* binc Ioannes ait: *Qui habet sponsam, sponsus est. Verè sponsa, quæ virginali partu.* Fusè roboratum à n. 39. Mater est, sed virgo est, quæ sine corruptione parit & peperit; imitat sapientiz, quam Salomon optabat. *Quæ sponam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius.* Unde Ecclesia Sponso dicit: *Filij sterilitatis meæ: Quis genuit mihi istos? Ego sterilis & non pariens.* Hai. 49. à 20. & Sponsus, Ierem. 3. 4. *Anodò voca me: Pater meus, dux virginittatis meæ.* Hac enim de causa quæ virgo sponsa, dicitur *Uxor Agni.* Virgo, propter incorruptæ paritatis singulariter decorem: uxor, propter filiorum catervatim multitudinem. *Antequam parturiret, peperit. Quis audiret unquam tale? Et quis vidit huic simile?* Dominus narravit in scripturis populum & Principum horum, qui fuerant in ea. Gloriosa dicta sunt de te, Civitas Dei. Opportune Augustin. de *Symbol.* ad *Cathecum.* lib. 2. cap. 6. *Quid est inventi? sicut nisi ut procedat velut Sponsus de thalamo suo. Accipiat Sponsus Sponsam: quaeratur, inventatur, quæ ei coniungatur. Non est solus homo, sed Deus est & homo. Quaeratur, quæ ei coniungatur. Qualis est, de qua natus: talis ei inventatur, quæ & matrem reddat fecundam, & virginem seruet intactam. Filius permanentis Virginis, virginem permanentem accipiat.* Prudent. *Peristeph.* v. 545.

Ecclesia virgo & mater.

Chrysol.

Sapientia

Apocal. 21. 50

Isai 66. à v. 6.

Uxor sponsi

August.

Hoc est monile Ecclesie:
His illa gemmis comitur
Dotata: sic Christo placet.
Sic ornatulum vesticem.

Prudent.

83 *Qui habet sponsam sponsus est.* Augustin. *Sponsus est, & erit æterno connubio.* Syr. *Cui debetur sponsa, sponsus est.* Echiop. *Nuptias expectat sponsus & sponsa.* Sensus Verionum delicatus est in Littera. Modò aliquid ad mores; ut vocatis in felicitates æternas, non claudatur ianua, sed intremus ad nuptias.

Verf. 10

A DINATON EXEGETICUM.

Epilogus excus.

1. **I**N nuptias qui habet sponsam sponsus est, sed non erit. In lege gratiæ excellens virtus fulget, callitate ipso in coniugio servata à sponsio & simul sponsa; quasi matrimonio non contracto, utriusque ingorquidem si sponsa ducitur in uxorem per sacramenta gratiam; gratiæ maioris decor, ubi uxor ducta ducitur in sponsam.
2. *Qui habet sponsam, sponsus est.* Post prolem susceptam ex coniugio namquam fit. Innuicit in prodigium novum, Iosephi atque Virginis coniugium: in illo gloriöse gratiæ insignis clucent stemmata: etenim mirabilis, uti singularissima; quòd cum prole ex fecunditate testera, sint sponsus & sponsa.
3. *Qui habet sponsam, sponsus est.* Vivituz

iuxta Sponsi flagrans dilectio cor; igitur ei penitus voluntas sponsæ addicta. in Gertrude eximior, superior gratia: etenim propter amoris & studium & obsequium; etiam in corde habet præsentem Sponsam.

4. *Qui habet sponsam, sponsus est.* Quippini, qui habet sponsam & excellenti gratiæ dicitur, quòd sit sponsa? Quia nescit, cordis etiam fovens incendium; an sponsa habeat sponsam: quo quidem crescit amor, dum ab amante, tamquam amor non cognoscitur. Sic gliscit in sponsum pectoris flamma. Hoccine cordis ingenio archius dilexit Theresia: equidem ita dilexit, & diligebat diligere; ut amans intensius, vel dubitaret de amore.

DICASCALIA PRIMA.

Insignis gratie sublimitas, in matrimonio virginalis castitas.

Plin. Uo in natura prodigia refert Plinius; quæ quidem spectabiliora, quia contraria: igitur signat aquam, ex qua ignis; & ignem foventem viriditatem amantissimam arboris. Videtur, lib. 2. cap. 107. & Maiol. Tom. 1. Colloq. 13. Clarent, prout anguror, symbola fomitis corrubtilibus nostræ conditionis, & excellentiæ singularis puritatis: equidem si ex corruptione naturæ, etiam in fragiditate ætatis, ignis exoritur concupiscentia; mirabile prorsum, quòd in medio æstantis ignis, vireat & frondeat arbor illibatæ castitatis. Status matrimonij est ut Nymphæum: *Locus sacer* (iuxta Plutarch. in Silla) qui ex viridi herba & pratibus ignis perennis sparsim emittit. Alia videtur, Tom. 3. l. 4. à n. 7. In aqua quæ omnia extinguit, plus ignis valet: etenim coniuges etiam consula: et anori, tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. *Sævit* (ut ait Lucret. 5. de Re. natur. v. 1072.)

Lucret. Florenti etate calcarius iustus amoris, Et cum sit aliis concussis artubus, binnit. En fons exicans ignem, ob carnis fragilitatem, quod non novum. Contrarium erit in matrimonio, igne elicit, prodigium: quandoquidem magnum, quòd floreat in carne cordis & corporis puritas, inter effrenis cupidinis flammæ. Mitum, si floreat, quo arefcemirum si viret, ubi pulchritudo languet: si nitide clareat, ubi formæ decus matris reverentia pensat. Commercia profecto calta, virtute coniuncta: sed singulare miraculum; quòd maiore virtute (quamvis cultum utriusque) nec sit commercium.

Horat. Ignara puella mariti.
2. Quæ est ista Sunamitis (inquit Hieronym. Epist. 2.) uxor & virgo, tam fervens, ut frigidum calefaceret; tam sancta, ut calentem ad libidinem non provocaret: Quæ est ista? Cunegundis, virgo, atque telluris gloria; ab Henrico Imperatore in uxorem ducta; quam post contractum matrimonium; virginem (cum illo cubantem) moriens reliquit, sicut intactam accepit. *Qualem mihi assignastis* (dixit Imperij Proceribus) *talem reddo. Virginem dedistis, virginem reddo.* Et in matrimonio! & eodem in lectulo!

Carull. Nullus amor tali coniunxit fœdere amantes: Nulla domus tales unquam contexit amores.

Appositius dicemus, quam Catullus de *Nuptijs Polii & Thetidis*, Carm. 65. v. 334. Quid sanè Angelicum, in coniugio non coniugium; & quòd se vincentes, se abnegantes, amor Dei sublimior separet, quos Deus coniunxit. *Ancilla ingressa cubiculum, reperit eos sacros & incolumes, secum pariter dormientes.* Nonne Angelicum? Cælo utriusque spectaculum, quòd Cunegundis sponsum traditum in maritum; videret tantum sponsum; & quòd coniuges eodem in toro dormirent, quasi coniuges non essent. *Dicit sponsum sponse cubanti; Sara exurge & deprecemur Deum.* Cui orans proclit: *Nunc Domine, tu scis, quia non luxuria causa accepit sororem meam coniugem.* Abs est profecto luxuria, ubi carnis quasi extræ carnem singularis continentia: igitur cum coniuge eodem in thalamo dormit, quasi in uxore solum sonorem haberet. Exponam seq. *Didasc. n. 3.* Non in eodem lectulo, iuxta Dionys. Carthusian. neque nudos, iuxta Serarium hic, *questione. 21.* illos ancillula invenit. Contrarium iuxta litteram placet. Sanctius hic n. 2. ambigue periodum exponit: *Dormierunt pariter: id est, uterque eodem tempore, non eodem loco: aut si in eodem thalamo, non tamen in complexu mutuo.* Vim ampliore habet clausula: *Secum, pariter*, ut pateat dormitio eodem in generali toro; at spectaculum plusquam humanam, post contractum secum pariter coniugium: igitur præ amore cœlesti, ita vigilia carnis ignis; ut secum pariter dormirent coniuges, quasi essent fratres.

Vivite devoto nuptique virque toro.

3. Innunt AA. super citati. *Virginitatis custodem invenit, atque Angelicam in terris vitam agere proposuit.* Virginitas itaque portio vocatur Angelica, quippe in ipso humano corpore superior vita: præter fomitem domesticum, nullam habet inimicum: habet autem dirum hostem, matrimonium: trophæumque est virginitatis, tutò vivere inter hostes; quippequam maior puritatis claritas, si liliolum florescit inter spinas. Maior virginitatis gratia, si utriusque proxima rosa. *Audiat omnis ætas* (inquit Augustin. de Tempor. ferm. 10.) *quod nunquam audivit. Virgo partu suo nuptis: virginitatem, dum pareret, duplicavit.* Partus namque virginitatis hostis: in quo quidem maior

Virginitas vel inter se maritaret.

Plutarc.

Lucret.

Virginitas in coniugio, est puritatis perfectio.

Horat.

Hieron.

Cunegundis candor.

Sorius & Zach. Lipeloo in eius Vit.

Carull.

Tob. 8.

V. 4. 89

Coniugium eodem in toro virginalis societatis, candoris summitas.

Ovid.

Epist. 6.

v. 164.

Caat. 24.

August.

U n d e maior tunc castitatis splendor!

ior splendor virginitatis; quippequam affluxit Virginitatis integritatem, qui imponit per effectum puritatis corruptionem. Unde illud, nescio cuius.

Partus & virginitas discordes tempore longo,

Virginitas in gremio fœdera præis habent.

Fructus destruit florem, connubium propter fructum floridam virginitatem: estque summa claritas, quam mirari debet ætas; quod in matrimonio rutilat, quæ in matrimonio defloret: igitur dono cœlesti invenit flores rosarum, quæ sunt spinæ liliorum; videns candoris hyperaspitem, quem propter discrimen conceperat tamquam hostem. Pretiosus candor in celibatu nitescit: maius opus in admirationem superest, dum matrimonio subiicitur, quo alienæ potestati mancipatur. Maius opus est, si non sui iuris, sui maneat traditum ius; agatque vitam Angelicam, necens cum inimico concordiam; equidem elucet singularis dignum admirationis, quod hostem candor aspiciat eundem virginitatis.

Quo coniuge felix, Et Dijs chara fertur, & vertice sidera tangit.

4. Inter insignia prodigia à Numine in Ægypto patrata, ait Sapiens: *Nix & glaciæ sustinebant vim ignis & non tabescebant.* Hic autem, ut nutritur iusti, etiam sua virtutis oblitus est. Speculum est huiusmodi prodigium Henrici & Cunegundis unâ cubantium. Matrimonium fomes est ignis concupiscentiæ, qua in prolem ardet conditio innata naturæ. Inest concupiscentia, ubi humana portio: etiam venerabili connubio, atque toro immaculato: sed uterque sustinebat vim ignis, & non tabescebat, neque liliorum candor inter spinas peribat: etenim in concupiscentiæ naturalis ignem, corpora thalami puritas formabat nivem aut glaciem. Nutriebantur iusti integritatis candore. Unde cum supra naturam conditionem subegissent carnis; ipsimet concupiscentiæ ignis oblitus est conditionis.

Vidi ignes gelidos.

Quod implicat, coniugatorum horum sanctitatem explicat, mortificationem carnis, & ignem cœlestis amoris: siquidem concupiscentiæ motus inveniebat glaciem, quem conceperat ut ignem. Si amor ignis, erat superior cœlestis. Ardebat cor, ignis in igne non fuit. Terreni sopitus furor, quippe respectu pectoris.

Frigidus ignis amor.

Fontes sanè videntur diversæ proprietatis in aquis; sed miretilior, qui oppositæ conditionis: quandoquidem tunc, & eadem causa contrariis effectus. *In Epino* (ait Augustin. 21. *Genes. cap. 5.*) *esse fontem, in quo faces ut in ceteris extinguntur accensæ; sed non ut in ceteris, accensum extinguit.* Idem Mela, lib. 2. cap. 3. Plin. 2. cap. 103. Solin. cap. 12. *Idolor. Origin. lib. 13. cap. 13.* Maiol. d. ex quibus nos Tom. 6. l. 9. m. 27. & T. 10. D. 4. m. 11. Hinc sæpe lemmata: *Quo extinguitur ardet: quo ardet extinguitur.* Iuxta conditiones contrahentium, signat huiusmodi fons conciliatum matrimonium: concupiscentia intendenti in prolem; quo extinguitur, ardet: observantium castitatem, quo ardet, extinguitur: ignis enim propter virtutem pectoris oblitiscitur virtutis. In illis faces: fomite concupiscentiæ accendantur extinctæ. In his autem consensibus vel in coniugio studiosè virginitatis candori, nobilior flammâ ipsomet foco extinguntur accensa.

Perire cupidinis arcus, Contemptæque iacent, & sine luce faces.

5. Occurrit cogitationi, quare si Deus potuit per se in fornace Nabuehi ignis sopire flammam; ubi nihil Angelicam potentem intelligentiæ? *Angelus Domini descendit cum Azaria & socijs eius in fornacem, & excussit flammam ignis; & non tetigit eos omnino ignis.* Alæ meditarum, uti symbolum observantium castimoniam, in terra matrimonij incendium: cum gratia cœlesti in carne sint extra carnem: Angeli Numen demonstravit speciem: igitur Angelica specimen pura naturæ: in igne esse & ab igne non tangi. Superior in conditione carnis nitet conditio, in eodem iacere thalamo; & esse ut Angeli Dei in casto. Ibi nec nubent neque nubentur. Hic Cunegundis nubit, Henricus duens, matrimonium contrahit. Miraculum est: qui nubunt, quasi non nubentes sunt; extra ordinem conditionis, connubio virginitatis: etenim homines plus quam homines in misero mundo existunt, sicut Angeli in cælo, qui non nubunt, nec nubentur. An plus? *Semper Angelis cognata virginitas* (inquit Sophronius in *Marie Assumpt.*) *Profectò in carnis præter carnem vivere; non terrena vita est, sed cœlestis.* Unde in carne Angelicam vitam acquirere; maius est meritum, quam habere. *Esse enim Angelum, felicitatis est, esse vero virginem, virtutis.* Vide dicta, loc. cit. T. 6. D. 3. à n. 3. Causam indicat Augustin. 3. de *Doctri. Christian.* cap. 18.

Cur Cunegundis liliolum plantatur inter spinas?

Ovid 7. Metam. fabul. 1.

Sapient. 16. 22. & 23.

Ignis ardens in placem & flammam in nitentem.

Ravil. in Maria.

Oven. 1. Epist. gr. 26.

Fmi Epist. August.

Ignis per floridam dicitur extinguitur, quo ardet & extinguitur.

Ovid 2. Remedia v. 139.

Dan. 3. 49.

Angelica coalitio, in igne esse, & ab igne non tangi.

Saphro. Cur in homini bus puritatis commendabilior, quàm in Angelis?